Statuto in Parliamento Domini Edwardi nuper Regis Anglie Primi apud Winton. Anno Regni ſui decimo tertio tent' edit' inter cetera ordinat. ſit pro eo quod de die in diem Roborie Homicid' & incendia plus ſolit. tunc fiebant quam preantea ſolebant & felones non potuiſſent eſſe attincti per Sacrum' Jurat. qui magis voluntarie permittebant Felonias fieri gentibus Extraneis & Felones evadere abſque pena quam Malefactores indictari unde magna pars fuer' gentes de eadem pria' vel ad minus ſi Malefactores fuer' de al' pria' eorum receptores fuer' de viſu' ubi humoi' Malefacta fiebant Et hoc faciebant pro eo quod Sacrum' eiſdem Juratoribus non miniſtrabantur nec in pria' ubi Felonie ille fiebant Et quoad reſtitutionem dampnorum pena ante tunc non fuit proviſa pro Concelament. & Negligenc' ſuis Idem nuper Rex ad debilitand' poſſe Felonum ſtabilivit penam in illo Caſu ita quod pro timore pene plus quam pavore Sacri' nullis extunc parcerent nec aliquas Felonias concelarent Et mandavit quod Proclamatio ſolempniter fieret in omnibus Comitat' Hundred' Mercat' Feriis & omnibus aliis locis ubi Solempnis Aſſemblatio gentium foret ita quod nulli per ignorantiam ſe poſſint excuſare Et quod quelibet pria' extunc ſic poſſit Cuſtodiri quod immedietate poſt Roborias & Felonias fact' recens inſecutio fieret de Villa in Villam & de pria' in priam' Ac etiam Inquiſitiones fierent ſi neceſſe foret in Villis per ipſum qui ſuperior eſſet in Villa & poſtea

in

in Hundred' Franches' & in Com' & aliquando in duobus tribus vel quatuor Com' in Caſu quando Felonie facte fuer' in Marchiis Com' ita quod Malefactores potuiſſent eſſe attincti Et ſi pria' de humoi' Malefactoribus non reſponderet pena talis eſſet quod quelibet pria' ſcilicet homines in pria' commorantes reſponderent de Roboriis factis & de dampn' ſic quod totum Hundred' ubi Roboria ill' facta foret cum Franches' que eſſent infra Precinct' ejuſdem Hundredi reſponderent de Roboriis factis Et ſi Roboria ill' facta foret in diviſis duorum Hundredorum reſponderent inde ambo Hundredi ſimulcum Franches' que fuerunt infra Precinct' predict. Hundred' Et longiorem terminum non haberet pria' poſt Roboriam & Feloniam factas quam quadragint. dies infra quos faceret Emendas de Roboriis & Malefactis vel reſponderet de Corporibus Malefactorum prout in Statuto predict. plenius continetur Ac cum quidam Malefactores prefat. R. ignoti in Regia via apud Arrington in Com' pred. que quidem Villa de Arrington eſt infra pred. Hundredum de W. vi & armis in ipſum K. inſult' fecer' & 86 *l.* de denar' ipſius R. ac bona & catalla ſua ad valentiam 1514 *l.* felonice de eodem R. ſpoliaver' ceper' & aſportaver' contra pacem dicti Domini Regis nunc Idemque R. immediate poſt Roboriam & Feloniam pred. fact' apud A. predict. infra pred. Hundredum de W. Hutes' & Clamor' de Roboria ill' fecit & noticiam ibidem Inhabitantibus ejuſdem Ville

de

de A. de Roboria illa dedit & poſt Roboriam ill' factam & infra viginti dies prox' ante diem impetrationis brevis Originalis ipſius R. ſcilicet viceſimo tertio die Januarii Anno Regni Domini Regis nunc nono idem R. coram R. C. Armigero tunc uno Juſtic' ipſius Domini Regis ad pacem in pred. Com. Cantebr' conſervand' Aſſign' Inhabitan' prope pred' Hundredum de W. examinat' fuit ſuper Sacr. ſuum Corporale juxta formam Statut' apud Weſtm. in Com' Midd. Anno Regni Domine Elizabethe nuper Regine Anglie 27 Edit' & Provis' Idemque R. ſuper Sacrum. ſuum pred. tunc dixit quod ipſe non cognovit partes que Roboriam ill' feciſſent nec eor' aliquem et poſt Roboriam ill' factam quadragint. dies jam preterierunt iidem tamen Inhabitant. Hundredi pred. emendas de Roboria pred. prefat. R. O. hucuſque non fecer' nec Corpora Felonum & Malefactorum pred. nec Corpus eorum alicujus ceper' nec de Corporibus aut de Corpore eorum alicujus hucuſque reſponder' ſed Malefactores & Felon' illos evadere permiſer' in dicti Domini Regis nunc Contempt' & ipſius R. G. grave dampn' ac contra formam pred. Statut. de Anno Regni dicti Domini Edwardi nuper Regis Anglie Primi decimo tertio ſupradicto in hujuſmodi Caſe edit. & provis' &c. Et unde idem R. per A. W. Attornatum ſuum queritur quod cum quidam Malefactores prefat. R. ignot' quinto die Octobris Anno Regni dicti Domini Regis nunc nono in Regia via apud A. in Com' pred. que quidem

quidem Villa de A. eſt infra Hundredum de W. pred. vi & armis videlicet Gladiis Baculis & Cultellis in ipſum R. inſult. fecer' & 86 *l.* de denar' ipſius R. ac bona & catalla ſua videlicet unam Penulam Anglice *a Cloak* (Et ſic recit' omnia bona que felonice capt' fuer') & quatuor Script. Obligator' in uno quorum quidam W. P. tenebatur eidem R. O. in quinquagint. libr' Et in alio eorundem quedam C. C. vid' tenebatur eidem R. in novem libris & quindecim ſolid. in alio eorundem quidam T. T. tenebatur eidem R. in 31 *l.* & 9 *d.* & in altero eorundem quidam T. T. tenebatur eidem R. in 32 *l.* 15 *s.* necnon quatuor Bill' Obligat. quarum una quidam T. S. cognoviſſet ſe debere eidem R. 9 *l.* & 6 *d.* Et in alia earundem quidam R. S. cogn' ſe debere eidem R. 13 *l.* 6 *d.* in alia earundem quidam S. W. cogn' ſe debere eidem R. 21 *l.* 10 *s.* 6 *d.* ac in altera quidam I. D. cogn' ſe debere eidem R. 12 *l.* 3 *s.* 6 *d.* & un' librum Voc' *a Book of Accounts* in papiro conſcript. ſua ad Valenc' &c. felonice de eodem R. O. ſpoliaver' ceper & aſportaver' contra pacem dicti Domini Regis nunc idemque R. immediate poſt felon' & ſpoliacon' pred. factas apud A. pred. infra pred. Hundred' de W. Hutes' et clam' de roboria illa fecit & noticiam ibidem Inhabitan' ejuſdem Ville de A. pred. de roboria ill' dedit & poſt roboriam ill' factam & infra vigint. dies prox' ante diem impetrationis brevis Original' ipſius R. ſcilicet viceſimo tertio die Januarii Anno Regni dicti Domi-

ni Regis nunc nono ſupradicto idem R. O. apud Cantebr' in Com. pred. coram R. C. Ar' tunc uno Juſtic' ipſius Domini Regis ad pacem in pred. Com. Cantebr' conſervand' Aſſign' Inhabitan' prope pred. Hundred. de W. examinat. fuit ſup' Sacr' ſuum corporale juxta formam Statut. apud Weſtm' in Comitatu Midd. Anno Regni dicte nuper Regine 27. ſupradicto inde edit. & provis' idemque R. O. ſuper ſacrum' ſuum pred. tunc dixit quod ipſe non cognovit partes que roboriam ill' feciſſent nec eorum aliquam & poſt roboriam ill' factam quadragint. dies jam preterier' iidem tamen Homines Inhabitan' Hundred' pred. emendas de roboria pred. prefat. R. O. hucuſque non fecerunt nec Corpora Felonum nec Malefactorum pred. nec corpus eorum alicujus ceper' nec de Corporibus eorum aut eorum alicujus reſponderunt ſed Malefactores & Felones ill' evadere permiſer' in dicti Domini Regis nunc contempt' & ipſius R. O. grave dampn' & contra formam pred. Stat. de Anno Regni dicti Domini Edwardi nuper Regis Anglie Primi decimo tertio edit. & provis' unde dic' quod deteriorat. eſt Et dampnum habet &c. Et inde &c.

Et pred. Homines Inhabitan' in Hundred' pred. per R. S. Attornatum ſuum ven' &c. Et pet' licenc' inde interloquendi hic uſque in Octab. Sancti Michaelis Et habent &c. idem dies dat' eſt prefat. R. O. hic &c.

Continuanec.

ſſ. Placita coram E. C. Mil' & Sociis ſuis Juſtic' Domini Regis de Banco de Termino Sancti

Sancti Hillarii Anno regni Jacobi Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defens' &c. decimo rotulo 3107.

Cantebr. ff. homines inhabitan' in hundred' de W. in Com. pred. attach. fuer. ad reſpond. tam Domino Regi quam *R.O.* &c. (recit. narr. uſque) producit ſectam &c. Count.

Et predicti homines inhabitan' in hundred' pred' per R.S. Attorn' ſuum ven' &c. Et dic' quod ipſi in null' ſunt culpabiles de premiſſis ſuperius eis impoſit' contra formam Statut' pred' prout pred' *R.* qui tam &c. ſuperius verſus eos queritur Et de hoc pon' ſe ſuper patriam Et pred' *R. G.* qui tam &c. ſimiliter et ſuper hoc idem *R. G.* qui tam &c. dic' quod pred' homines inhabitan' in pred' hundred' de W. ubi roberia pred' fact' fuit ſunt partes def. verſus quos idem *R.* qui tam &c. in forma pred' ſuperius ſe modo queritur Et ea de cauſa pet' breve Domini Regis Vic' Com' pred' dirigend' de venir' fac' hic duodecim &c. de viſu' hundred' de T. in Com' pred' quod quidem hundredum de T. eſt prox' hundred' in eodem Com' predicto hundredo de W. prox' adjacen' Et quia pred' homines inhabitan' hoc non dedic' Ideo precept' eſt Vic' quod venir' fac' hic in octab' Pur' duodecim &c. de viſu de T. per quos &c. Et qui nec &c. quia tam &c. Ad quem diem Jur' inter partes pred' de pred' placito poſit' fuit inter eos in reſpectum hic uſque ad hunc diem a die Paſche in quindecim dies tunc Non cul'

Ve' fa' de prox' Hundred.

prox' sequen' nisi Justic' ad Assisas in Com' pred' capiend' Assign' per formam Statuti &c. die veneris in tertia septimana quadragesime prox' preterit' apud Castrum Cantebr' in Com' pred' prius venissent Et modo hic ad hunc diem ven' pred' R. qui tam &c. per Attornatum suum pred' Et prefat' Justic' ad Assisas coram quibus &c. mis' hic Recordum suum in hec verba ff. Postea die et loco infra content. coram T. F. mil' Capitali Justic' Domini Regis ad placita coram ipso Rege tenend' Assign' & J. D. mil' uno Justic' ejusdem Domini Regis ad Assisas in Com' Cantebr' capiend' Assign' per formam Statuti &c. ven' tam infra nominat' *R.* qui tam &c. quam infrascript' homines inhabitan' in hundred' de W. per Attorn' suos infra content' Et Jur' Jure' unde infra fit mentio exact' similit. ven' qui ad veritat' de infra content' dicend' electi triat' et jur' quoad caption' spoliation' & asportation' infrascript' 86 l. dic' super sacrum suum quod iidem homines inhabitan' infra pred' hundred' de W. pred' sunt inde culpabil' contra formam Statut' infrascript' modo et forma prout pred' R. qui tam &c. interius versus eos inde queritur Et assid' dampn' ipsius *R.* qui tam &c. occasione ill' ultra mis' & custag' sua per ipsum circa sectam suam in hac parte appositi' ad nonagint' libr. et pro mis' et custag' ill' ad 4 *l.* Et quoad resid' caption' &c. infraspec' iidem Jur' dic' super sacrum' suum pred' quod pred' homines Inhabitan' infra pred' hundred' de W. pred' non sunt inde culpabil'

Record' del' in pri'.

Verdit.

prout

prout iidem homines inhabitan' infra hundred' pred' interius allegaver' Jo. &c.

Dominus Rex mandavit dilecto et fidel' ſuo E.C. militi breve ſuum Clauſum in hec verba ſſ. Jacobus &c. (recit' tot' breve de Error'.)

Breve de Err' recitand' Statut' pro Proclam' fiend' Trin. 7 Jacob. Rot. 1163.

Placita apud Weſtm' coram E. C. mil' et ſociis ſuis Juſtic' Domini Regis de Banco de Termino Sancti Michaelis Anno regni Jacobi &c. quarto Rotulo 2170 Alicia Lanckton vid. per Attorn. ſuum op' ſe quarto die verſus J. H. de &c. de placito quod reddat ei duodecim libr' quos ei debet et injuſte detinet &c. Et ipſe non ven' Et prec' fuit Vic' quod ſum' eum &c. Et Vic' modo mand' quod nichil' habet &c. Ideo capiatur quod ſit hic a die Sancti Martini in quindecim dies &c. Ad quem diem hic ven' pred. A. per Attornatum ſuum pred. Et op. ſe quarto die verſus prefat. I. de pred. placito Et ipſe non ven' Et prec' fuit Vic' quod caperet eum &c. Et Vic' modo mand' quod non eſt invent. &c. Ideo ſicut prius capiatur quod ſit hic in Octab. Sancti Hillarii &c.

Placita apud Weſtm. coram E. C. Mil' & Sociis ſuis Juſtic' Domini Regis de Banco de Termino Sancti Hillarii Anno Regni Jacobi Dei Gratia Anglie Francie & Hibernie Regis Fidei Defenſor' &c. & Scocie &c. Rotulo 2070.

London' ff. A. L. vid' per Attornatum ſuum op' ſe verſus I. H. de &c. de placito quod reddat ei duodecim libr. quas ei debet & injuſte detinet &c. Et ipſe non ven' Et ſicut prius prec' fuit Vic' quod caperent eum &c. Et Vic' modo mand' quod non eſt invent' &c. Ideo ſicut plur' capiatur quod ſit hic in Octab. Pur' Beate Marie &c. (placita ut ante Rot. 287.)

London' ff. A. L. vid' per E. C. Attornatum ſuum op' ſe quarto die verſus I. H. de &c. de placito quod reddat ei duodecim libr' quas ei debet & injuſte detinet &c. Et ipſe non ven' Et ſicut plur' prec' fuit Vic' quod caperent eum ſi &c. & ſalvo &c. Ita quod haberent Corpus ejus hic ad hunc diem ſcilicet in Octab. Pur' Beate Marie Et Vic' modo mand' quod non eſt invent. &c. Ideo prec' eſt Vic' quod exigi facerent eum de Huſt. in Huſt. quouſque &c. utlagaretur ſi non &c. Et ſi &c. tunc eum capiant Et ſalvo &c. ita quod haberent Corpus ejus hic in Octab. Sancte Trinitatis Et unde &c. Et ſciend' eſt quod breve inde Juſtic' hic in Cur' iſto eodem Termino deliberaver' Z. S. Deputat. Vic' London' in forma Juris exequend' &c. Et prec' eſt eiſdem Vic' London' quod in pleno Huſt' ſuo proclam' fac' prefat' I. H. tribus ſeperalibus diebus ſecundum formam Statut. de Anno Regni Domine Elizabethe

nuper

nuper Regine Anglie triceſimo primo inde edit. & provis' quod pred. E. H. ſe reddat eiſdem Vic' London' Ita quod iidem Vic' habeant Corpus ejus hic ad prefat. Termin' ad reſpondend' prefat. A. de predicto placito Et ſciend' eſt quod breve inde Juſtic' hic in Cur' iſto eodem Termino deliberaver' prefat. Z. S. Deputat' Vic' in forma Juris exequend' &c. Ad quem diem Vic' mand' quod de Huſt. de Communibus placitis tent. in Guihald. Civitat. London. die Lune prox' ante Feſtum Sancti Bonifacii Epiſcopi Anno Regni Domini Regis nunc Anglie &c. quinto predict. I. H. quinto exact. fuit & non comperuit Et ſic ad quatuor Huſt. prox' preceden' Idem I. ſimiliter exact. fuit & non comperuit Et quia ad null' eorundem Huſt. comperuit Ideo ipſe utlagat. eſt Jacobus &c. Vic' London. ſalutem precipimus vob' quod exigi fac' I. H. de &c. E. F. de &c. H. F. de &c. & H. B. de &c. de Huſt. in Huſt. quouſque ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri Angl' utlagarentur ſi non comperuint Et ſi comperuint tunc eos capiatis Et ſalvo Cuſtod' fac' Ita quod habeat Corpora eorum coram Juſtic' noſtris apud Weſtm' in Octab. Sancte Trinitatis ad reſpondend. A. L. vid' de placito quod predict. I. reddat ei 12 *l.* Et de placito quod predict. E. reddat ei duodecim libr. Et de placito quod predict. Humfr' reddat ei duodecim libr. Et de placito quod predict. H. reddat ei duodecim libr. quas ei debent & injuſte detinent ut dic' Et unde Voſipi' mand'

Breve de ex fac'.

Juſtic' noſtris apud Weſtm. in Octab. Purificationis Beate Marie quod predict. I. E. Humfr. et Henr. non ſunt invent. in Balliva veſtra Et habeat ibi tunc ibi tunc hoc breve T. E Coke apud Weſtm. duodecimo die Februarii Anno Regni noſtri Anglie Francie et Hibernie Quarto et Scocie 40. *(Glun Page)* Ad Huſt. de Communibus placitis tent' in Guihalda Civit. predict. die Lune prox' poſt fm' perpetue felicitatis Anno Regni Regis infraſcript. A. F. et H. 4. infranominat. I. E. Humfr' et Henr' Primo exact. fuer' et non comperuer' Ad Huſt. de Communibus placitis tent' in Guihald. Civit' predict. die Lune prox' poſt Feſtum Sancti Alphagi Archiepiſcopi Anno Regni Regis ſupradicto A. F. et H. quinto pred. I. E. Humfr. & Henr. Secundo exact. fuer' et non comperuer' Ad Huſt. de Communibus placitis tent' in Guihalda Civit' predict. die Lune prox' poſt Feſtum Apoſtolorum Philippi et Jacobi Anno quinto ſupradicto predict. I. E. Humfr. & Henr. Tertio exact. fuer' et non comperuer' Ad Huſt de Communibus placitis tent. in Guihald. Civitat. predict. die Lune prox' poſt Feſtum Sancti Dunſtani Epiſcopi Anno quinto ſupradicto predict. I. E. Humfr' et Henr' quarto exact. fuer' et non comperuer' Ad Huſt. de Communibus placitis tent. in G. Civit. predict. die Lune prox' ante Feſtum Bonifacii Epiſcopi Anno quinto ſupradicto predict. I E. Humfrid. et Henr' quinto exact. fuer' et non comperuer' Ideo ipſi utlagat. ſunt (reſpons' W. W. et I. L. Vic')

Vic') Jacobus &c. Vic' London. ſalutem cum nuper vob. per breve noſtrum preceperimus quod exigi fac' I. H. de &c. et H. F. de &c. de Huſt. in Huſt. quouſque ſecundum Legem et Conſuetudinem Regni noſtri Anglie utlagarentur ſi non comperuiſſent et ſi comperuiſſent tunc eos caperet Et ſalvo Cuſtod' fac' ita quod haberet coram Juſtic' noſtris apud Weſtm. in Octab. Sancte Trinitatis ad reſpondend' A. L. vid' de placito quod predict. I. reddat ei 12 *l.* Et de placito quod predict. H. reddat ei 12 *l.* quas ei debent et injuſte detinent vob' precipimus quod per Stat. Anno Regni Domine Elizabethe nuper Regine Anglie 31 Proclam' fac' prefat. I. et H. in tribus ſeperalibus diebus ſecundum formam Stat. ill' unde una Proclam' predictarum pro prefat. I. fiat ad vel prope maxime uſual' oſtiu' Eccleſie Sancti Egidii extra Cripplegate London. ubi idem I. eſt Inhabitans et una Proclam' pro prefat. H. fiat ad vel prope maxime uſual' oſtiu' Eccleſie Sancti Egidii predict. ubi idem H. eſt Inhabitans quod predict. I. et H. ſe reddant vob' Ita quod habeat Corpora eorum coram prefat. Juſtic' noſtris ad prefat. Termin' ad reſpondend' prefat. A. de predict. placito Et habeat ibi hoc breve T. E. C. apud Weſtm. duodecimo die Februarii Anno Regni noſtri Anglie Francie et Hibernie 4. et Scocie 40. *(Clun Page)* Ad Huſt. in placitis Terre tent. in Guihald. London. die Lune prox' poſt factum Sanctorum Tiburcii et Valeriani Anno Regni Regis infraſcript' Anglie Francie

Francie et Hibernie quinto prima' Proclam' fecimus Et ad General' Seſſionem Pacis tent' apud Seſſion's-Hall in le Old Bayly decimo ſeptimo die Aprilis Anno ſupradicto ſecundam Proclam' fecimus et ad maxime uſual' oſtiu' Eccleſie infraſcript. ſuper diem Dominicum viceſimum ſeptimum diem Aprilis Anno ſupradicto immediat. poſt divinum ſervicium et predicationem tunc in eadem Eccleſia finit. tertiam Proclam' fecimus quod infranominat. I. et H. ſe reddant nobis prout iſtud breve in ſe requirit reſpons' W. W. et I. L. Vic' ſſ. Poſtea ſcilicet die Mercurii poſt tres Trinit. iſto eodem Termino coram Domino Rege apud Weſtm. ven' predict. I. et H. ſub Cuſtod. Vic' London. occaſione utlagar' predict. ad barr' hic duct. in propriis perſonis ſuis qui committuntur Marr' et ſtatim dic' quod in Record. et Proceſſ. predict. ac etiam in promulgac' utlagar' predict. manifeſt. eſt errat. pro eo videlicet quod cum in Statuto in Parliamento Domine Elizabethe nuper Regine Anglie inchoat. apud Weſtm. in Comitatu Midd. quarto die Februarii Anno Regni ſui Triceſimo primo et ibidem tent. et continuat. uſque diſſolution' ejuſdem (inter alia) inactitat. exiſtit Authoritat. ejuſdem Parliamenti quod in qualibet actione perſonali in qua aliquod breve de exigend' adjudicaretur (Anglice *ſhould be awarded*) extra aliquam Curiam poſt Termin. Paſch. tunc prox' ſequen' unum breve de Proclamatione adjudicaretur (Anglice *ſhould be awarded*) et fieret extra eandem Cur' habens

Error Aſſign'.

bens diem teſt. et retorn. (Anglice *Teſte and Retorne*) ejuſdem prout predict. breve de exigend. haberet dirigend. et deliberand. de record. Vic' Com. ubi pars def. tempore emanationis dicti brevis de exigend. eſſet inhabitans quod quidem breve de Proclam' contineret in ſe effectum ejuſdem actionis et quod Vic' Com. ubi aliquid tale breve de Proclam' eſſet direct. fieri faceret tres Proclam' in forma ſequen' et non alit' videlicet unam earundem Proclam' in plena Cur' Comitat. (Anglice *the open County-Court*) ejuſdem Vic' et aliam eorundem Proclam' fieri ad Generalem Seſſionem Pacis (Anglice *The General Quarter-Seſſions of the Peace*) in partibus ill' ubi pars defend. tempore emanationis hujuſmodi brevis de exigend. eſſet inhabitans et alia earundem Proclam' fieri faceret per ſpacium unius Menſis ad minus antequam pars def. virtute predicti brevis de exigend' quinto exact. foret ad vel prope maxime uſual' oſtiu' Eccleſie vel Capelle Ville ſive Parochie ubi pars def. tempore emanationis predict. brevis de exigend. eſſet inhabitans ſuper diem Dominicum immediate poſt Divinum Servicium (Anglice *Divine Service*) et predicationem (ſi aliqua predicatio in eadem Eccleſia foret et ſi null' predicatio ibidem foret tunc ſtatim poſt Divinum Servicium ibidem) Et quod omnes utlagar' habit. et promulgat. poſt finem dicti Termini Paſche in Stat. predict. ut ſupradictum eſt ſpec' et omne breve de Proclam' emanen' et retornat. contra formam dict. Stat. penitus vacue

foren

forent & nullius effectus prout per dictum Stat. (inter alia) plenius liquet & apparet Et idem I. H. dic' quod per retorn. Vic' London. ſuper breve de Proclam' predict. verſus ipſum I. H. adjudicat. apparet quod una predict. trium Proclam' fact. fuit apud le Seſſions-Hall in le Old-Bayly & non monſtratur quod le Old-Bayly predict. eſt in London. Et predictus Johannes per predict. Vic' Proclamar' non debet extra London. Et ſic utlagar' predict. verſus predict. I. promulgat. vacua in Lege & nullius vigoris exiſtit Et pet. idem I. breve Domini Regis Cuſtod. brevium Domini Regis de Banco dirigend. ad certificand. dicto Domino Regi plenius inde veritat. & ei conceditur &c.

In nullo eſt Err' placitatur.

Dominus Rex mandavit dilecto & fideli ſuo E. C. Mil' Capitali Juſtic' ſuo de Banco breve ſuum Clauſum in hec verba ſſ. Jacobus &c. (recit. breve de Err')

Placita apud Weſtm' &c. Rot. 810.

Error ſuper Judicium in Communi Banco de muliere abduct' cum bonis viri.

London' ſſ. Arthurus Needham de &c. & Radulphus Turner de &c. Attach' fuer' ad reſpondend. Hugoni Edwards de placito quare vi & armis Saram Uxorem ipſius Hugonis apud London. rapuer' Et eum cum bonis & catallis ejuſdem H. abduxer' & ea adhuc ei detinent Et alia enormia ei intuler' ad grave dampn' ipſius Hugonis & contra Pacem Domini Regis nunc & contra formam Statuti in hujuſmodi Caſu provis'

vis' &c. Et unde idem H. per H. B. Attornatum ſuum queritur quod predict. A. & R. triceſimo die Januarii Anno 1609. vi & armis &c. Saram Uxorem ipſius H. apud London. in Paroch. &c. rapuer' & eam cum bonis & catallis videlicet una toga Anglice *a Gown* uno galero cum ligamento (Anglice *a Bever Hat and Hat-Band*) tribus ſubaculis (Anglice *three Smocks*) uno par' tibialium (Anglice *Stockings*) uno Thotiace (Anglice *a fore-part*) & tribus induciis Anglice *three Bands* ipſius H. ad valenc' 40 *l.* Et ea adhuc ei detinent Et alia enormia &c. Ad grave dampnum &c. Et contra formam Statut. &c. unde dic' quod deteriorat. eſt Et dampn' &c. Et inde &c.

Et predict. A. & R. per E. E. Attornatum ſuum ven' &c. Et quicquid &c. Et idem R. dic' quod ipſe in nullo eſt culpabil' de tranſgr' predict. prout pred. H. ſuperius verſus eum queritur Et de hoc &c. Et predict. A. quoad venir' vi & armis necnon totam tranſgr' preter rapt. & abduction' predicte Sare dic' quod ipſe in nullo eſt inde culpabil' prout predict. H. ſuperius inde verſus eum queritur Et hoc &c. Et quoad rapt. & abduction' predicte S. ſuperius fieri ſuppoſit. idem A. dic' quod pred. H. action' &c. habere non debet quia dic' quod poſt maritagium inter predict. H. & prefat. S. habit & ſolempnizat. ac ante predict. tempus quo &c. ſcilicet 20 die Januarii Anno Domini 1608. quedam variatio & contentio inter pred. H. & prefat. S. apud London predict. in Paroch. & Ward. pred. ort'

Un' def. plac' non cul' al' def. dic' quod quer' ab uſus fuit Uxor' verberando &c. Et quod Cur' Chriſtianitat' Audientie fecit ordinem propter ill' a viro diſcedere.

ort' & habit. fuer' quodque pred. H. pred. Saram adtunc & ibidem & diverſis temporibus ante tunc & poſtea ibidem cum quibuſdam baculis ac pugnis & pedibus ſuis crudeliter & inhumaniter ſuper caput faciem & al' partes corporis ejuſdem S. verberavit. contudit & conculcavit eandem Saram tantis conviciis & gravaminibus afficiend. ac cum tanto furore & crudelitat. eam abutend. Ipſamque S. de vita ſua & mutilatione membrorum ſuorum in tantum incitand. ita quod inconvenient. inidoneum & minime tutum fuit pro eadem S. cum predict. H. viro ſuo cohabitare aut vitam ſuam cum eodem H. ducere aut peragere ac eadem S. ob metum & periculum mortis ſue cum predict. H. viro ſuo ulterius morari non audebat per quod eadem S. poſtea ſcilicet viceſimo die Aprilis Anno Domini 1609. apud London' predict. in Paroch. & Ward. predict. pro ſalvatione vite ſue & mutilatione membrorum ſuorum a Conſortio predicti H. viri ſui receſſit. Et poſtea ſcilicet decimo die Maii Anno Domini 1609. ſupradicto eadem S. in Cur' Chriſtianitatis coram F. I. legum Doctore Cur' audienc' Cantuar' cauſarum & negociorum auditore legittime Conſtitut. ſuper Cauſis predict. predictum Hugonem virum ſuum traxit in placitum & ibidem coram prefat. Judice ſp'uali verſus eundem Hugonem virum ſuum libelland' pro eiſdem cauſis inter alia peciit ſe a Conſortio & Cohabitatione dicti Hug. viri ſui & ab ejus thoro & menſa mutuaque Cohabitatione ſeperari ac

eadem

eadem Sara placitum predict. ſuperinde in ead' Cur' Chriſtianitat. viis & modis quibus conveniebat debito modo in tant. proſecut. fuit quod poſtea ſcilicet quinto die Febr. Anno Domini 1609. ſupradicto in predict. Cur' audienc' coram prefat. Judice ſp'uali decret. pronunciat. & declarat. fuit quod eadem S. a Thoro & Menſa mutuaque Cohabitatione atque obſequiorum conjugalium impenſione predicti H. viri ſui ratione premiſſorum libera & imunis extunc eſſet ac invitam Incohabitand' cum eodem H. extunc cogi non debet Et idem A. ulterius dic' quod predict. placito de & ſuper cauſis predict. in predict Cur' Chriſtianitat. predcoram prefat. Judice ſp'uali inter prefat. Saram & predictum H. virum ſuum in forma predict. dependen' & remanen' indiſcuſſ. eadem Sara predicto tempore quo &c. apud London' predict. in Paroch. & Ward. predict. requiſivit & inſtant. rogavit ipſum A. ibidem tunc exiſten' & comoran' quod idem A. eand' S. cum optimo conſilio labore & induſtria ſuis quibus potuit in & circa proſecution' placiti ſui predict. in Cur' Chriſtianitat. predict. aſſiſtere & adjuvare dignaretur per quod idem A. predict. tempore quo &c. eandem Saram cum predict. bonis catallis & veſtibus adtunc indutam & ornat. apud London' in Paroch. & Ward. predict. per manum ſuam cepit & eam in & circa proſecution' placit. ſui predict. ſicut premittitur in Cur' Chriſtianitat. predicte penden' in diſcuſſ. verſus & ad predict. Cur' Audienc' predict. ſcituat. in London' in Paroch.

Decret' Cur' audienc'.

roch. & Ward. predict. ſalvo & honeſte conduxit & ibidem cum eadem Sara fuit & eand' S. ab eadem Cur' uſque ad hoſpicium ejuſdem S. apud London' predict. in Paroch. S. Ward. predict in forma predict. reduxit prout ei bene licuit que quidem captio conductio & reductio predict. S. in forma predict. & ex Cauſa predict. ſunt eadem rapt. & abductio predict. S. cum bonis & catallis predict. unde predict. H. ſuperius ſe modo queritur Et hoc &c. unde &c.

Quer' Replic' quod fuit de tort' Demeane.

Et predictus H. quoad predict. raptum & abduction' predicte S. ſuperius in barr' placitat. dic' quod ipſe per aliqua in eodem placito preallegat. ab Actione ſua predict. inde habend' precludi non debet quia dic' quod predict. A. die & Anno ſupradictis in Narr' predict. ſuperius ſpec' vi & armis &c. de injuria ſua propria & abſque Cauſa per ipſum ſuperius allegat. predict. S. Ux' ipſius H. apud London' in Parochia & Warda predict. rapuit & abduxit prout idem H. ſuperius verſus eum queritur Et hoc pet. quod inquiratur per priam' & predict A. ſimiliter Ideo quoad triand. exit. iſt. quam predict. al' exit. ſuperius junct. precept. eſt vic' quod venire fac' in Octab. Pur' duodecim &c. per quos &c. Et qui nec &c. Ad recogn' &c. quia tam &c. Ad quem diem hic ven' partes &c. Et vic' non mis' breve Ideo ſicut prius precept. eſt Vic' quod venire fac' hic a die Paſche in quindecim dies duodecim &c. Ad recogn' in forma predict, &c. Ad quem diem Jur' inter partes

partes predict. de predict. placito posit. fuit inter eos in respectum hic usque ad hunc diem scilicet in Cro' Trinitat. tunc prox' sequen' nisi E. C. Mil' Capitalis Justic' Domini Regis de Banco hic Assign' per formam Statut. &c. die Sabbati quarto die Maii prox' preterit. apud Guihald. London' prius veniret Et modo hic ad hunc diem ven' predict. H. per Attornatum suum predict. Et prefat. Capitalis Justic' coram quo &c. mis' hic Recordum suum coram eo habit. in hec verba ſſ. Postea die et loco infracontent. coram E. Coke Mil' Capitali Justic' Domini Regis de Banco Associat. sibi T. Agar per formam Statut. &c. ven' tam infranominat. H. quam infracontent. A. & R. per Attornatos suos infracontent. Et Jur' Jure' unde infra fit mentio exact. similiter ven' qui ad veritat. de infracontent. dicend. electi triat. et Jurat. quoad prim' exit' interius junct. dic' super Sacrum' suum quod predict. R. est culpabil' de transgr' infraspec' prout predict. H. interius inde versus eum queritur Et assid' dampna ipsius H. occasione inde ultra mis' et custag' sua per ipsum circa sectam suam in hac parte appositi. ad quinquagint libr' Et quoad secundum exit. interius Junct. iidem Jur' dic' super Sacrum' suum quod predict. A. est inde culpabil' prout pred. H. int'us inde versus eum queritur Et quoad tertium exit' interius Junct. iidem Jur' dic' super Sacrum' suum q'd pred. A. die &c. infrascript. in Narr' infrascript. interius spec' vi et armis &c. de injuria sua propr' absque Causa per ipsum interius

Record' del' nisi pri'.

terius allegat. infranominat. S. Uxor' ipſius H. apud London' in Paroch. et Ward. infraſcript. rapuit et abduxit prout idem H. interius inde verſus eum queritur Et aſſid. dampn. ipſius H. occaſione tranſgr' infraſcript. per prefat. A. illat. ultra mis' et cuſtagia ſua per ipſum circa Sectam ſuam in hac parte appoſit. ad treſcent. libr' & pro mis' et cuſtag' predict. ad 53 *s.* et 4 *d.* Ideo cons' eſt quod pred. H. recuperaret verſus predict. A. dampna ſua predict. occaſione tranſgr' predict. eidem H. per eundem A. illat. ultra mis' et cuſtagia ſua predict. ad predict. 300 *l.* per Jur' predict in forma predict. aſſeſſ. Et verſus prefat. R. dampna ſua predict. occaſione tranſgr' predict. eidem H. pro mis' et cuſtagiis ſuis predict. ad predict. 50 *s.* per Jur' predict. in form. predict. Aſſeſſ. Et verſus eoſdem A. et R. dampn. ſua predict. pro mis' et cuſtagiis ſuis pred. ad pred. 53 *s.* 4 *d.* per Jur' pred. Aſſeſſ. necnon quinque libr' et octo denar' eidem H. ad requiſition' ſuam pro mis' et cuſtag. ſuis pred. per Cur' hic de incro' adjudicat. que quidem dampn. pro mis' et cuſtag. pred. in toto ſe atting. ad 8 *l.* et 10 *s.* Et pred. A. et R. capiantur &c.

Err' Aſſign' pro defectu Warr' Att' Award' & Ball' inde quer' in Executione.

Poſtea ſcil't die Mercur. &c. Domina Regina mandavit dilecto et fidel. ſuo Edmundo Anderſon Mil' breve ſuum Clauſum in hec verba ſſ. Elizabeth. &c. (recit. breve de Error')

Placita &c. (ut ante.)

Lon-

London' ff. Leonardus White nuper de &c. ſum. fuit ad reſpondend. M. F. vid. Adminiſtratrici bonorum et catallorum que fuer. Andree Furſland qui obiit inteſtat. &c. de placito quod reddat. ei unum Scriptum Obligatorium quod ei injuſte detinet &c. Et unde eadem M. per I. M. Attornatum ſuum dic' quod cum pred. A. in vita ſua poſſeſſionat' fuiſſet de predicto Script. Obligator. geren. dat. (tali die et Anno) in quo quidam T. P. et G. H. tenebantur eidem A. in ſumma ducent. libr. ſub Conditione pro Solutione centum libr. eidem A. ſuper viceſimo tertio die Auguſti qui foret in Anno Domini 1599. Et ſic poſſeſſionat. exiſten' pred. A. in vita ſua ſcilicet (tali die et Anno) apud London. videlicet in Paroch. &c. deliberavit prefat. L. ſcript. pred. ſalvo cuſtodiend. et eidem A. vel Aſſignat. ſuis cum inde requiſit. fuiſſet ſalvo redeliberand. pred. tamen Leonardus licet ſepius requiſit. ſcript. pred. prefat. A. in vita ſua ſeu eidem M. poſt mortem ipſius A. cui Adminiſtratio omnium bonorum et catallorum que fuer' pred. A. tempore mortis ſue per Johannem Providencia Divina Cantuar. Archiepiſcopum totius Anglie Primat. et Metropolitan. ſcilicet viceſimo nono die Marcii Anno Domini 1598. apud London. pred. in Paroch. et Ward. pred. commiſſa fuit non redeliberavit ſed ill. eis redeliberare contradixit ac ill' eidem M. adhuc redeliberare contradic' ac injuſte detinet

ff. Breve de Err' in detinue pro Script. Oblig. per Adminiſtrat' def. plac' ſpecial' & ſpeciali exit' ſuperinde & Judicium pro quer' Mich. 43 Eliz. Rotulo 247.

unde dic' quod deteriorat. eſt & dampn. &c. Et inde &c. Et profert hic in Cur' Literas Adminiſtrationis &c.

Def. plac' quod Script. Obligat. ei liberat. fuit ſub certis condic' & quod parat. eſt ad deliberand. cui vel quibus Cur' Cons'.

Et pred. L. per W. H. Attornatum ſuum ven. & defend. vim & injur' quando &c Et proferend. hic in Cur' ſcript. pred. parat. ad deliberand. cui vel quibus Cur' Dne' Rne' hic conſ. dic' quod ſcript. ill. pred. primo die Februarii Anno quadrageſimo ſupradicto apud London. in Paroch. & Ward. predict. tam per prefat. A. in vita ſua quam per prefat. T. P. unamini eorum Aſſenſu & concenſu equa manu libertat. fuit eidem L. ſub certis Conditionibus Cuſtodiend. & eid' T. ſeu prefat. A. ſub Conditionibus illis relib'and. ſed utrum Conditiones ille ex parte pred'. Thome adimplet. ſint necne dic' quod ipſe omnino ignorat Et pet. quod idem Thomas premuniatur &c.

Replicatio.

Et predicta M. dic' quod Script. pred. ſibi & non prefat. Thome liberari debet quia dic' quod pred. A. in vita ſua ſcilicet predict. primo die Februarii Anno quadrageſimo ſupradicto apud London' in Paroch. & Ward. pred. deliberavit prefat. L. Script. pred. ſalvo Cuſtodiend. & eidem A. vel Aſſignatis ſuis cum inde requiſitus fuiſſet redeliberand. prout ipſa per Narrationem ſuam pred. ſuperius ſupponit Abſque hoc quod tam per prefat. A. in vita ſua quam per predict. T. P. unanimi eorum Aſſenſu & Conſenſu equa manu eidem L. liberat. fuit ſub certis Conditionibus Cuſtodiend' & eidem T. ſeu prefat. A. ſub Conditionibus illis redeliberand. prout pred. L. ſuperius allegavit

Travers.

gavit Et hoc&c.unde pet.judic'& liberation' Script. pred. & dampna ſua occaſione detentionis inde ſibi adjudicari &c.

Et pred. L. ut prius dic' quod ſcript. predict. tam per prefat. A. in vita ſua quam per pred. T. P. unanimi eorum Aſſenſu & Conſenſu equa manu eidem L. liberat. fuit ſub certis Conditionibus Cuſtodiend' & predict. T. ſeu prefat. A. ſub Conditionibus illis reliberand' prout idem L. ſuperius allegavit Et de hoc pon' &c. Ideo precept. eſt Vic' quod venire fac' hic a die Paſche in quinque ſeptimanas duodecim &c. per quos &c. Et qui nec &c. Ad recogn' &c. quia tam &c. Poſtea continuat. Proceſſ. inter partes pred. de placito pred. per Jur' poſit. inde int. eas in reſpect. hic uſque ad hunc diem ſcil't a die Sancte Trinitat' in tres ſeptimanas tunc prox' ſequen. niſi E. A. Miles Capitalis Juſtic' Domine Regine de Banco his Aſſign. per formam Statuti &c. die Sabbati 27 die Junii prox. preterit. apud G. Civit. London. prius veniſſet Et modo hic ad hunc diem ven. pred. M. per Attornatum ſuum pred. Et prefat. Capitalis Juſtic' coram quo &c. miſ. hic Recordum ſuum in hec verba ſſ. Poſtea die & loco infracontent. coram E. Anderſon Mil. Capitali Juſtic. Domine Regine de Banco Aſſociat. ſibi R. A. per formam Statuti &c. ven' tam infranominat. M. F. quam infranominat. L. W. per Attornatos ſuos infracontent. & Jur. Jure' unde infra fit mentio exact. ſimiliter ven' qui ad veritat. de infracontent. dicend. electi triat. & jurat. dic.

Def. manuten' placitum Et exit' ſuper inde.

Record' del Ni' pri'.

ſuper Sacrum' ſuum quod ſcript. infraſpec' tam per infranominat. A. in vita ſua quam per infranominat. T. P. unanimi eorum Aſſenſu et Conſenſu equa manu prefat. L. non liberat. fuit ſub certis Copditionibus predict. T. ſeu prefat. A. ſub Conditionibus ill' reliberand' prout pred. M. interius allegavit Et Aſſid' dampn' ipſius M. occaſione detention' pred. Scripti ſi Script. illud M. reliberetur ultra mis' et cuſtag. ſua per ipſam circa ſectam ſuam in hac parte appoſit. ad vigint. libr' et pro mis' et cuſtag. ill' ad 53 *s.* et 4 *d.* Et ſi Script. pred. prefat. M. non reliberetur tunc Aſſid. dampn' ipſius M. pro valore Scripti pred. ultra predict. vigint. libr' pro dampn' ejuſdem M. occaſione detentione Script. pred. per Jur' pred. Aſſeſſ. et mis' et cuſtag' ſua pred. ad ducent. libr' Ideo Cons' eſt quod pred. M. recuperet verſus prefat. L. Script. Obligator' pred. vel pred. ducent. libr' pro valore ejuſd' et dampna ſua pred. ad 22 *l.* 13 *s.* 4 *d.* per Jur' pred. in forma pred. Aſſeſſ. necnon quinque libr' et ſex ſolid. et octo denar' eidem M. ad requiſitionem ſuam pro mis' et cuſtag' ſuis pred. per Cur' hic de incro' adjudicat' Que quidem dampn' in toto ſe atting. ad 28 *l.* Et pred. L. in mia &c.

Verdict.

Judicium.

Mia'.

Et ſuper hoc precept. eſt Vic' quod diſtring' pred. L. per omnes terr' &c. Et quod de Exitibus &c. Ita quod reddat prefat. M. pred. Script. Obligator' vel pred. 200 *l.* pro valore ejuſdem Et qualit. &c. Vic' conſtar' fac' hic in Octab. Sancti Martini &c.

Poſtea

Poſtea ſcilicet die Mercurii poſt Menſ. Paſche iſto eodem Termino coram Domino Rege apud Weſtm. ven' pred. L. W. per W. B. Attornatum ſuum Et dic' quod in Record. et Proceſſ. ac etiam in redditione Judicii pred. manifeſt. eſt errat. in hoc videlicet quod ubi idem L. in pred. Cur' de Banco ven' proferend. in eadem Cur' Script. Obligator' pred. parat. ad deliberand. cui vel quibus Cur' ill' Cons' per quod quoddam breve de ſcire fac' verſus prefat. T. P. ab eadem Cur' ex Officio emanare debuiſſet ad premuniend. eundem T. eſſend. coram prefat. Juſtic' de eodem Banco ad certum diem in brevi ill' continend. ad oſtendend. utrum Conditiones inde ſuperius mentionat. ex parte ipſius T. adimplet. fuer' necne tamen null' tale breve ex Cur' ill' ad ipſum ſuperinde premuniend. emanavit nec fuit agardat. ſed pred. M. exit. inter ipſam et prefat. L. in dicta Cur' de Banco pred. obtulit et poſtea ibidem in eadem Cur' junct. fuit abſque eodem T. P. premuniend. prout ſuperius conſtat de Record. ſi judicium ſuperinde redditur erron' in Lege exiſtit Item errat' eſt in hoc quod ubi pred. L. protuliſſet in Cur' de Banco pred. predictum ſcript. ut prefertur deliberand' et ſcript. ill' in eadem Cur' ex inde penden' placito ill' ac tempore veredicti predicti et Judic' ſuperinde reddit. remanebat et adhuc ibidem remanet deliberand. cui vel quibus Cur' ill' Cons' Jur' pred. inde impannellac' per veredictum ſuum non aſſider' debuiſſent dampn' pred. M. occaſione detentionis ſcripti pred. Err' Aſſign.

Dominus Rex &c.
Placira &c. ut ante.

London' ſſ. Franciſcus Allen per Attornatum ſuum op' ſe quarto die verſus R. G. nuper de &c. de placito quod reddat. ei 60 *l.* quas ei debet et injuſte detinet &c. Et ipſe non ven' Et prec' fuit Vic' quod ſum' eum &c. Et Vic' modo mand' quod nichil habet &c. Ideo capiatur quod ſit hic a die Paſche in quinque ſeptimanas &c. Ad quem diem hic ven' pred. F. per Attornatum ſuum et op' ſe quarto die verſus prefat' R. de pred. placito Et ipſe non ven' et precept. fuit Vic' quod caperent eum &c. Et Vic' modo mand' quod non eſt inventus &c. Ideo ſicut prius capiatur quod ſit hic in Cro' Trin. &c.

Placita &c.

London ſſ. F. A. per I. M. Attornatum ſuum op' ſe quarto die verſus R. G. nuper de London' &c. de placito quod reddat ei 40 *l.* quas ei debet et injuſte detinet &c. Et ipſe non ven' Et ſicut plur' prec' fuit Vic' quod caperent eum ſi &c. Et ſalvo &c. Ita quod haberent corpus ejus hic ad hunc diem ſcilicet a die Trin. in tres ſeptimanas Et Vic' modo mand' quod non eſt invent. &c. Ideo precept. eſt Vic' quod exigi facerent eum de Huſt. in Huſt. quouſque &c. utlagaretur ſi non &c. Et ſi &c. tunc

eum

eum capiant et ſalvo &c. ita quod habeant corpus ejus hic a die Sancti Michaelis in tres ſeptimanas Et unde &c. Et ſciend' eſt quod breve inde Juſtic' hic in Cur' iſto eodem Termino deliberaver' Z. S. deputat. Vic' London' in forma juris exequend' &c. Et prec' eſt Vic' Eborum quod in pleno Com' ſuo Proclam' fac' prefat. R. tribus ſeperalibus diebus ſecundum formam Statut. Anno Regni Domine Elizabethe nuper Regine Anglie 31. inde edit. et provis' quod idem R. ſe reddat prefat. Vic' London' Ita quod iidem Vic' habeant corpus ejus hic ad prefat. Termin' ad reſpondend. prefat. F. de pred. placito Et ſciend. eſt quod breve inde Juſtic' hic in Cur' iſto eodem Termino deliberaver' A. M. deputat. Vic' Eborum in forma juris exequend' &c.

Placita &c.

London' ſſ. R. G. nuper de L. Ar' alias dict. &c. ſum' fuit ad reſpondend' F. A. de placito quod reddat ei ſexagint. libr' quas ei debet et injuſte detinet &c. Et unde idem F. per I. M. Attornatum ſuum dic' quod cum pred. R. (tali die et Anno) apud London' in Paroch. &c. per quoddam ſcriptum ſuum Obligatorium conceſſiſſet ſe teneri eidem F. in pred. ſexagint. libr' ſolvend' eidem F. cum inde requiſit. fuiſſet pred. tamen R. licet ſepius requiſit. pred. ſexagint. libr' eidem F. nondum reddidit ſed ill' ei hucuſque reddere contradixit et adhuc

adhuc contradic' unde dic' quod deteriorat. eſt Et dampnum habet &c. Et inde &c. Et profert hic in Cur' ſcript. pred. quod debit. pred. in forma pred. teſtatur cujus dat. eſt die et Anno ſupradictis &c. Et pred. R. per I. G. Attornatum ſuum ven' et defend' vim et injur' quando &c. Et pet. licenc' inde interloquend' hic uſque in Octab. Hillarii Et habet &c. Idem dies dat. eſt prefat. F. hic &c.

Placita apud Weſtm. coram T. W. Mil. G. K. Mil. P. W. Mil. et T. S. Juſtic' Domini Regis de Banco de Termino Hillarii Anno Regni Jacobi Dei Gracia Anglie Francie et Hibernie Regis Fidei Defenſor' &c. Tertio & Scocie triceſimo nono Rotulo 801.

R. G. nuper de &c. ſum' fuit ad reſpondend' &c. et ſic recit. tot. Narr' (ut ante)

London' ſſ. Et predictus R. per I. G. Attornatum ſuum ven' et defend' vim et injur' quando &c. Et idem I. dic' quod ipſe non eſt informat. per eundem Robertum Magiſtrum ſuum de aliquo reſpons' pro eodem R. prefat. L. in loquela pred. dand. et nichil aliud inde dic' per quod idem def. reman' verſus prefat. Robert. inde indefens' Ideo cons' eſt quod predict. F. recuperet verſus prefat. R. debitum ſuum predict. Et dampna ſua occaſione detentionis debiti ill'

Judicium.

ill' ad 40 *s.* eidem F. ex aſſenſu ſuo per Cur' hic adjudicat. Et predict. R. in mia' &c. Mia'.

Placita apud Weſtm. coram E. Coke Mil. et Sociis ſuis Juſtic' Domini Regis de Banco de Termino Michaelis Anno Regni Jacobi Dei Gracia Anglie Francie et Hibernie Regis Fidei Defenſor'&c. Quarto et Scocie quadrageſimo Rot 2613.

London' ſſ. Prec' fuit Vic' cum A. nuper in Cur' Domini Regis nunc ſcilicet Termino Sancti Hillarii Anno Regni ſui Anglie Francie et Hibernie Tertio et Scocie Tricecimo nono coram T. W. Mil. et Sociis ſuis tunc Juſtic' Domini Regis de Banco hic ſcilicet apud Weſtm. per Cons' ejuſdem Cur' recuperaſſet verſus R. G. nuper de &c. quoddam debitum 60 *l.* quam 40 *s.* qui eidem F. in eadem Cur' dicti Domini Regis hic adjudicat. fuer' pro dampnis ſuis que habuit occaſione detentionis debiti ill' unde convict. eſt prout per Record' et Proceſſ. inde in eadem Cur' dicti Domini Regis hic reſiden' liquet manifeſt' executio tamen Judicii pred. adhuc reſtat faciend' ac pred. R. mortuus eſt prout ex inſinuatione pred. F. acceperat. Rex Et quia &c. quod per probos &c. Scir' fac' E.B. Gen. Adminiſtratori Bonorum et Catallorum que fuer' predicti R. tempore mortis ſue qui obiit inteſtat. &c. quod eſſet hic ad hunc diem ſc. in Cro' Animarum oſtens' ſi quid &c. quare

quare pred. F. Execution' verſus eum de debito et dampn' pred. de Bonis et Catallis que fuer' predicti R. tempore mortis ſue in manibus ſuis Adminiſtrand' ſi idem E. tantum in manibus ſuis Adminiſtrand' habeat habere non debeat juxta formam recuperationis pred. ſi &c. Ad quem diem hic ven' pred. F. per I. M. Attornatum ſuum Et op' ſe quarto die verſus prefat. E. de pred' placito Et ipſe ſolempniter exact. non ven' Et Vic' modo mand' quod nichil habet &c. nec eſt invent. &c. Ideo ſicut prius prec' fuit Vic' quod per probos &c. Scire faciat prefat. R. quod eſſet hic ſcilicet a die Sancti Martini in quindecim dies oſtens' in forma predicta &c. ſi &c. Et modo hic ad hunc diem ven' pred. F. per Attornatum ſuum pred. et op' ſe quarto die verſus prefat. E. de pred. placito Et ipſe ſolempniter exact. non ven' Et Vic' modo mand' quod nichil' habet &c. nec eſt invent. &c. Ideo Cons' eſt quod pred. F. habeat Execution verſus prefat. E. de debito et dampnis pred. de Bonis et Catallis que fuer' predict. R. tempore mortis ſue in manibus ipſius E. Adminiſtrand' per defalt' &c.

Nichil' ſuper Scire facias al' Scire facias.

Nichil' Judicium ſuper Scire facias.

Placita apud Weſtm' coram E. Coke Mil. et Sociis ſuis Juſtic' Domini Regis de Banco de Termino Mich. Anno &c. 16. Rotulo 2074.

Prec' fuit Vic' cum F. A. nuper in Cur' Domini Regis &c. ut ante verbatim verſus al' Exec'. Poſtea

Poſtea ſcilicet die Veneris poſt Crm' Trin' prox' ſequen' coram Domino Rege apud Weſtm. ven' pred. E. B. et R. S. per W. S. Attornatum ſuum Et dic' quod in Record' et Proceſs' Ac etiam in redditione judicii pred. ac in adjudicatione Executi-on' verſus ipſos E. et R. ſuper pred. bribus de Scire facias manifeſt' eſt errat. Imprimis videlicet in hoc quod ubi per Record' pred' apparet quod pred. breve Original' verſus prefat. R. G. ad ſectam prefat. F. in placito pred. proſecut. et adjudicat. fuit verſus ipſum R. G. nuper de London' Mil. &c. Ideoque ob manifeſtam variationem inter pred. breve Original' et breve de capiend' eo quod pred R. in additione ſua in pred. brevi Original' nominatur Ar' et in additione ſua in pred. brevi de Capiend' ſuperinde emanan' nominatur Mil. manifeſt. eſt errat. Errat' eſt etiam in hoc quod ubi per Record' pred. apparet quod pred. F. Termino Sancti Michaelis Anno Regni dicti Domini Regis nunc tertio ſupradicto narravit verſus prefat. R. G. per [Gibſon] Attornatum ſuum & petiit licenc' inde interloquendi uſque in Octab. Hillarii Et habuit &c. in hoc autem quod nomen predicti G. eidem G. in Babtiſmate dat. Anglice *his Chriſtian Name* in licenc' interloquend' pred. penitus omittitur manifeſt' eſt errat. Denique errat. exiſtit in hoc quod ubi per Record' predict. apparet quod pred. F. A. pred. Termino Trinitatis ac pred. Termino Hillarii Anno Regni dicti Domini Regis nunc tertio

Err' Aſſign' eo quod nomen Attorn' in Baptiſm' omittitur & pro varianc' Tituli Dignitatis.

tio ſupradicto fecit pred. I. M. Attornatum ſuum verſus prefat. R.G.in pred. pl'ito q'd in pred. Termino Hillarii Anno Regni dicti Domini Regis nunc tertio ſupradicto pred.R.G.per Attorn' ſuum op' ſe verſus prefat. F. A. in eodem placito iidem tamen E. et R. dic' quod nec pred. I. M. ull' unquam habuit Warr' Attorn' in pred. Cur' dicti Domini Regis coram prefat. Juſtic' de Banco ad proſequend' pro pred. F. A. in placito pred. nec pred. R. G. ull' unquam habuit Warr' Attorn' in pred. Cur' dicte nuper Regine coram prefat. Juſtic' de Banco ad comparend' pro predict. R. G. in placito pred. Ideo judicia predict. verſus prefat. E. et R. per ipſorum E. et R. defalt. eromea et vacua in Lege exiſtunt Et in hoc maniſeſt' eſt errat' Et ſuper hoc iidem E. et R. pet. ſeperal' br'ia Cur' dicti Dni Regis de Banco tam pred E. C. Mil' Capital' Juſtic' dicti Domini Regis de Banco pred. quam T. S. Ar' Cuſtod' brevium ejuſdem Domini Regis de eodem Banco quibus certificatio in hac parte reſtat' faciend' ad certificand' Domino Regi plenius inde veritat' Et ei conceditur &c. per que quidem ſeperal' brevia mandat' eſt tam pred. E. C. Mil' Capitali Juſtic' dicti Domini Regis de Banco pred. quod ſcrutat' rotulis et al' memorand' de Warr' Attorn' Civit' London' ſub Cuſtodia ſua de Record' exiſten' de Termino Trinitatis et Termino Hillarii Anno Regni dicti Domini Regis tertio ſupradicto quam prefat. T. S. Ar' Cuſtod' brevium dicti Domini Regis de eodem

Banco

Banco quod ſcrutat' brevibus dicti Domini Regis de Banco pred. de eadem Civit' London' de Terminis pred. ſub Cuſtodia ſua de Record' affilat' Et quid inde invenerit in eiſdem Domino Regi indilat' ubicunque &c. ſeperatim certificent unacum brevibus dicti Domini Regis eis inde directis.

London' ſſ. Poſtea ſcilicet die Veneris poſt Octab. Pur' extunc prox ſequen' coram Domino Rege apud Weſtm' ven' predict. A. W. ſub Cuſtod' Gardiani de le Fleet virtute brevis Domini Regis de H. Corpora predicti A. ſibi inde directum Qui committitur Marr' &c. in executione pro debito et dampnis pred. Et idem A. infra etat' viginti et unius Annorum exiſten' per L. G. Gardianum ſuum per Cur' Domini Regis hic admiſs' ſtatim dic' quod in Record' et Proceſs' necnon in redditione Judic' pred. manifeſt' eſt errat' in hoc videlicet quod pred. tempore comparenc' et reſpontion' predicti A. per pred. T. R. Attornatum ſuum in placito pred. ſuperius in record' pred. mentionat' idem A. adtunc fuit et adhuc eſt infra etat' vigint' et unius Annorum in quo Caſu idem A. per Legem Terre hujus Regni Anglie comparere et reſpondere debuit per Gardian' vel proximu' Amicum ſuum et non per Attorn' Et hoc idem A. parat' eſt verificare &c. Et pet' idem A. breve Domini Regis ad premuniend prefat. I. et R. eſſend' coram Domino Rege Auditur' Record' et Proceſs' pred. Et

Err' Aſſign' eo quod fuit infra etat' & q'd comperuit per Attornatum ſuum ubi comparere debuit per Gardian'.

